Et Iudicium prñs Capitaneale Castren Lublinen, in vim lucri, in contumaciam citti, ad affectionem partis actor ad deducendum scrutinium contra cittum, praefatam partem actor admisit, prius tamen iuramento praestito de non corruptione et non conductione testium. Quoniam vero Actores, Gnosi Hieronymus et Nicolaus Miękiscy iuramentum iuxta formam et praeceptum iuris de non corruptione et non conductione testium praestiterunt, et debite sunt exequuti. Ideo Iudicium prñs ad examen testium processit, et testimonia eorum in occluso rotulo parti actor se extraditurum obtulit.

Et hic in continenti coram eodem Iudicio personaliter stans, Ministerialis Generalis Regni Prouidus Albertus Jaroslowsky, Officio seu Iudicio praesenti bene notus, palam recognouit. Quia cittonem suprascriptam feria tertia post Dnicam Misericordiae proxime praeterita, in fundo Patris citti villa Olszamy tempestiue posuit, et Patri citti debite notificauit.

Eorundem Aliud.

Generosi, Hieronymus, Andreas, Christophorus, Nicolaus Miękiscy, fratres germani olim Gnosi Stanislai Miękisky, Actores, Nobilem Casparum Olszamowsky, cittone litterali Capitanealis Castren Lublinen cittum, per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Ioannem Zalesky, iuridice ad Iudicium prñs Capitaneale Castren Lublinen, quatuor vicibus ultra iuris communis formam. Ad instantiam suprascriptorum Actorum vocatum et non comparentem, In termino hodierno peremptorio in diem praesentem ex eadem cittone legitime incidentem et prouenientem, in toto suo lucro pro toto ex admissione Iudicii praesentis, iudicialiter condemnarunt, iuxta suam cittonem infrascriptam, tenoris talis: Ioannes Firley de Dambrowica Lublinen etc. Capitaneus. Tibi Nobili Casparo Olszamowsky, de persona tua ac bonis tuis omnibus, si quae habes mandamus vigore Regio, et authoritate nostra Capitaneali qua in hac parte fungimur, ut coram Iudicio nostro Castren in Terminis nostris Iudicialibus in Castro Lublinen feria secunda post Dnicam Cantate proxime celebrandis, aut quando a positione cittonis praesentis eiusmodi nostri Iudiciales Termini proxius celebrabuntur. Ad instantiam Gnosorum Hieronymi, Andreae, Christophori, Nicolai Miękiskich fratrum germanorum olim Gnosi Stanislai Miękisky, nuper per te interempti personaliter compareas.

Cui

Qui vigore iuris Regni te citant ad audiendum et attentandum con te deducere scrutinium, statuereque testes, vigore communis iuris ad perhibendum testimonium te esse verum et indubitatum comprincipalem fris tui Lucae Olszamowsky et necis olim Gnosi Stanislai Miękisky fris Actorum, in Civitate Lublinen tempore nuper praetto interempti, prout protestatio et proclamatio de his latius dicunt, tibique in termino probabuntur, Itaque citaris, ut et p'missa attentares, et suum scrutinium, in quantum tibi de iure competierit, deduceres. Cum vero non comparueris, nos con te procedemus, prout de iure venerit, sis ad p'missa iudicialiter responsurus. Datum in Castro Lublinen feria secunda post Dnicam Conductus Paschae proxa. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.

Et Iudicium prns Caple Castren Lublinen in vim luciti, in contumaciam citti, ad affectionem partis actor, ad deducendum scrutinium con cittum praefatam partem actor admisit, prius tamen iuramento p'stito de non corruptione et non conductione testium. Quoniam vero Actores, Gnosi Hieronymus et Nicolaus Miękiszy iuramentum iuxta formam et praesciptum iuris de non corruptione et non conductione testium praestiterunt, et debite sunt executi; Ideo Iudicium prns ad examen testium processit, et testimonia eorum in occluso rotulo parti actori se extraditurum obtulit.

Et hic in continenti coram eodem Iudicio personaliter stans, Ministerialis Gnalis Regni Providus Albertus Jaroszowsky, Offo seu Iudicio prnti bene notus, palam recognovit. Quia cittonem suprascriptam feria tertia post Dnicam Misericordiae proxe praetta in Curia Patris citti Villae Olszamy tempestive posuit et Patri citti debite notificavit.

Kopystynsky Evade.

IN causa et Actione Iudiciaria, coram prnti Capli Castren Lublin Iudicio, per Nobilem Valentinum Grubsky Actorem instituta, Nobili Joanni Kopystynsky, bonorum Oppidi Parczow, et aliorum eo pertinen, Tenutario, si possonatus tanque possonato, sin minus tanque impossonato, Cittone brali Capli Castren Lublinen, secundo post obtentam poenam contumaciae edita, citto; occone per eundem Actori circa expulsionem ips de bonis